



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sol Triplex In Eodem Universo

Hermann, Amand

Sultzbaci, 1676

Applausus Poëticus Epigrammate expressus, Ad Reverendum P. F.
Amandum Hermann, Ord. Min. S. Francisci Reform. Generalem S.
Theologiæ Lectorem in Pragensi Studio ad Nives.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95850](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95850)

Applausus Poëticus Epigrammate expressus,

Ad Reverendum

P. F. AMANDUM HERMANN, Ord. Min. S. Francisci Reform. Generalem S. Theologiae Lectorem in Pragensi Studio ad Nives.

Sol Triplex in eodem Univerſo.

Fauſte Pater! Cœlum Solem complectitur unum,
Ignibus illuſtret qui loca quæque ſuis.
Sed tuus iſte Codex, Cœlum qui jure vocandus,
Tres, Cœlo major (proh ſtupor) unus habet.
Inſpice Lector opus, magnum tibi ſpondeo lumen,
Non niſi Sol Triplex irradiare poteſt.

Lusus alius Poëticus in Nomen, & Agnomen Authoris.

HER latine ſignificat Dominum, & MAN Virum.

Quàm bene, quàm rectè de Te Pater illa Poëtæ:
Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis.
Mellea Mellifui tractans Doctoris AMANDUS,
O! Pater es merito nomine digne tuo.
Aſt Auguſtini quando dicteria confers
Cum Scoti, Dominum te reor, atque Virum.

Ad Eundem Lusus Tertius.

Dum Pater hæc inter ſe terræ lumina confers,
Scotum, Auguſtinum, Mellifuumque Patrem:
Progeniem Scoti Te credo jure vocandum,
Quod ſi Tu renuas, prodit ipſe Liber.

Lusus Quartus ad Titulum Operis.

Obſcuro tuus iſte Liber nimis eſſe videtur,
Nam claro Triplicis lumine Solis eger.
Parce Pater! quidnam Titulus, ſcio, denotet iſte,
Tam clarum Librum denotat eſſe tuum.

Lusus Quintus, Cur hyberno, ſive brumali tempore Curſum

Philosophicum ad Mentem Scoti edat?

Cur Pater hyberno vis edere tempore Librum?
Quo ſtringis Scotum dictaque Summa Viri.
Hoc Pater hyberno cur fiat tempore, novi,
Nam Sophus hic Doctor, doctus Hibernus erat.

Lusus Sextus ad Eundem.

Soles quaſo, tuo cur tres vis eſſe labori?
Et cur non quatuor? cauſa ſcienda mihi eſt.
Eſſe rei triplex mihi cauſa videtur Amande,
Quam mea ſubſcripto carmine Muſa dabit.
Dat pro me primam verſus, qui talia dicit:
Perfectum numeris clauditur omne tribus.
Eſſe deinde Libro Soles tot poſcis Amande,
Hic quorū eſt annus? tertius eſtne Pater?
Hic Auguſtino numerus præconia demum
(Quem quoque combinas) quanta tuliffe patet.

*Authori Triplicati Soli, ſeu Univerſe hujus Philoſophie, Amoris ergo
obtulit, Seraphicæ Religioni additiſſimus cliens*

Dionyſius de Broudin, Nobilis Tuomonenſis
Hibernus AA. LL. & Philoſophie in Conventu Novodo-
menſi ad S. Catharinam Candidatus.

ODE